

titulum scriptum putat inter annos circiter 160—140 ante Chr. — 2) Minatus praenomen praeterea reperitur IX 1140. 2809 et in titulo Deliaco, de quo vide not. 1 et apud Velleium 2, 16, 3) Ovius praenomen IX 458. XIV 3502. 4122, 1 et apud Livium 9, 7. 26. 10, 38. — 4) Liberti cognomine abstinentes vix reperiuntur post tempora Sullae (cf. supra N. 5097 not. 1). — 5) Magistri, scilicet collegii Mercurio et Maiam colentis (Graece igitur οἱ Ἐκκουισταί), mercatorum sine dubio. Alius similis titulus Deliacus est III S. 7217. — 6) Sic (Mirc-) etiam N. 5188. 5489. — 7) Ἐκουεῖ scriptum etiam III S. 7217.

3207 Niger Sitti [P. ser.], | Salvius Arri Q. ser., | P. Sittius P. l. Suneros, | Albanus Numisi L. ser. | Merc. Maiiae sacr., | ex d. d., iussu | M. Lucci Libella[e Hvir i. d.] | . . ceptum . .

In agro Pompeiano rep. (Notizie 1893 p. 245). Pompeiis Mercurio et Maiiae a collegio quodam libertinorem et servorum ex decreto decurionum iussu duumvirorum sacra fieri solita esse etiam alii tituli declarant; ex iisdem colligitur, procedente tempore Mercurio et Maiiae adiunctum esse Augustum. Nonnullos ex his ministrorum Mercurii Maiiae Augustae titulis Pompeianis dabimus infra inter titulos municipales.

3208 Mercurio Augusto | et Maiiae Augustae | sacrum ex voto | M. Herennius M. l. Albanus | aedem et signa duo cum | imagine Ti. Augusti | d. s. p. solo publico fecit.

Lugduni, arae tres iisdem verbis inscriptae (XIII 1769 vidit Hirschfeld).

3209 in ho. d. d. | Mercurio | et Maiiae ca|ducium et | aram Masc|lius Satto | [f]aber ex vo|[t]o v. s. l. l. | m.

Kreuznach (Brambach n. 721 vidit).

3210 Maiiae | v. v.¹ s. l. mer. | C. Attius Atticus.

Grenoble, tabula ut videtur aerea (Revue arch. 29, 1896 p. 395 n. 81). — 1) Fortasse: ut voverat (Cagnat).

3211 deae | Maiiae | aedem a solo fe|cit G. Arrius Pa|truitus bf. | cos.¹ | v. s. l. l. m.

Germersheim rep. (XIII 6095 vidit Zangemeister). — 1) Beneficiarius consularis.

3212 Apoline | L. Carnius C. f.

Panormi, fortasse Halaesae rep. (X 7265 vidit Mommsen).

3213 Maxima Nasia Cn. f. Apoline dat.

In Piceno rep. loco dicto Morrovalle, lapis foramen habens, per quod nummi in vasculum cameramve suppositam demitterentur (IX 5805 Mommsen vidit ectypum).

3214 C. Hinoleio C. l. | Apolone dono ded.

In agro Caleno rep., iam Neapoli, cistellae fictili (fortasse acerrae) stilo inscriptum (X 4652; Ritschl priscae Lat. epigr. suppl. III = opusc. 4 tab. XVII fig. A cf. p. 520).